

## 4. Bibliographie der Schriften

**D.MICHAELIS DE MOLINOS, SACERDOTIS, MANUDUCTIO  
SPIRITUALIS, Extricans animam, eamque perviam interiorem  
ad acquirendam contemplationis perfectionem, ...**

**Molinos, Miguel de**

**Leipzig, 1687**

CAP. I. Ut DEUS in anima reqviescat, cordi semper & in qvalibet inqvietudine,  
tentatione ac tribulatione concilianda pax est.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

MANUDUCTIO

37

SPIRITALIS

Animæ ad acqvirendam pa-  
cem interiorem.

LIBER PRIMUS.

*De tenebris, ariditatibus, & tenta-  
tionibus, quibus DEUS animas  
purgat, & de recollectione inte-  
riori.*

CAP. I.

*Ut DEUS in anima requiescat, cordi semper  
& in qualibet inquietudine, tentatione  
ac tribulatione concilianda pax est.*

**I.** Scias, animam Tuam esse  
centrum, domicilium, ac  
regnum Dei. Unde, ut supre-  
mus Rex in illo animæ tuæ thro-  
no conqvescat, providendum  
tibi est, ut mundam, qvietam,  
vacuam, ac pacificam eam reti-  
neas. Mundam a culpa & defe-

B 7      eti-

38 MANUDUCT. SPIRITUAL.

ctibus; quietam a timoribus; vacuam affectibus, desideriis, ac cogitationibus, & pacificam in tentationibus & tribulationibus.

2. Tenendum igitur semper tibi est cor pacificum, ut purum conserves illud DEI templum, habeasque puram intentionem operandi, orandi, obediendi, & sufferendi absq; ulla alteratione, qvicq; DOMINUS Tibi impone dignatus fuerit. Qvando- qvidem certum est, eum in animæ tuæ commodum, & ut in spiritualibus proficias, permis- sum esse inido inimico, ut per- turbet civitatem illam quietis ac thronum pacis tentationibus, suggestionibus, ac tribulationi- bus, ac per creaturas etiam, acer- bis molestiis, gravibusq; per-secutionibus.

3. Con-

3. Constanſ ſis, tranqvilleſ-  
que cor tuum in qvavis inqvie-  
tudine, qvam iſtae tribulationes  
tibi cauſabuntur. Intres in illud,  
ut eas vinceas; ibi enim eſt vigor  
divinus, qvi te defendit, prote-  
git, ac propugnat. Si homo tu-  
tum habeat propugnaculum,,  
non inquietatur, qvanqvam per-  
ſeqvantur eum inimici. Nam in  
illud ſi ſe receperit, hi ludibrio  
exponuntur, victiſ ve terga ver-  
tunt. Fortis rupes ad triumphan-  
dum de inimicis tuis viſibilibus  
& in viſibilibus, deqve omnibus  
ipsorum inſidiis ac tribulationi-  
bus, in ipſa eſt anima tua, eo  
qvod ibi reſideat divinum auxi-  
lium ac ſupremus ſuccuſſus. In-  
tro igitur te recipias, & omnia  
erunt qvieta, ſecura, pacifica  
& ferena.

4. Prin.

40 MANUDUCT. SPIRITUAL.

4. Principale ac continuum  
hoc tuum oportet esse exerci-  
tium , ut illi cordis tui throno  
pacem concilies, ut in eo reqvie-  
scat supremus Rex. Modus pa-  
cificandi hic erit, ut in te ipsam  
intres per interiorem recollectio-  
nem. Omnis tua protectio esse  
debet oratio , & amoris plena  
recollectio in divina præsentia.  
Quando te maxime vides oppu-  
gnari, recipite in illam pacis re-  
gionem, ubi propugnaculum  
invenies: Cum maxime es pu-  
fillanimis ad hoc orationis recur-  
re perfugium, sola hæc sunt  
arma, qvibus vinci inimicus,  
mitigar tribulatio potest. Abea  
non debes recedere in tempesta-  
te, usqve dum experiaris tan-  
qvam alter Noë , tranquillita-  
tem, securitatem ac serenitatem,

&

& usque dum voluntas tua sit resignata, devota, pacifica, & animosa.

5. Denique non doleas, nec diffidas propterea, quod pusillanimem te videas; quoties alteraris, toties ad tranquillandum te redeas; quia divinus iste Dominus ut in anima tua requiescat, formetque in ea divitatem pacis thronum, tantum abs te requirit, ut quereras in tuo corde, per internam recollectionem, divinaque ejus gratia assistente silentium in tumultu; in frequentia solitudinem, in tenebris lucem; oblivionem in adversis; respirationem in ignavia, animos in timore, resistentiam in tentatione, pacem in bello, & quietem in tribulatione.

## CAP. II.